

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9400

**Auteur(s) :** Eudes de Montgiroul, Le Mans (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1161-1187]

**Action juridique :** donation

**Description de l'original :** Chirographe (cirographum amen)

**Langue du texte :** latin

Chirographe (cirographum amen)

## Analyse

Eudes de Montgiroul, seigneur du fief de Courbefosse donné par Robert Gislaut à Savigny, après avoir contesté ce don, le concéda lors de sa dernière maladie.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 969, n° 336 et n° 338.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXXI)

Texte d'après A

### CIROGRAPHUM AMEN

Guillelmus Dei gracia episcopus Cenomannensis cunctis fidelibus ad quos presens cirographum pervenerit eternam in Domino salutem. Notum vobis fieri volumus quod Odo de Monte Girulfi in ipsa infirmitate qua defunctus est pro amore Dei et salute anime sue concessit in perpetuam elemosinam monasterio Savigniensi in quo sepultus jacet terram de Curva Fossa quam monachi dicti monasterii habent ex dono Roberti Gislaudi et Ricardi de Poeio et filiorum ejus et de qua ipse Odo adversus eosdem monachos antea contenderat, illam itaque terram sicut dictum est concessit monachis Savigneii Odo de Monte Girulfi et Gondreia uxor ejus et Hamelinus filius ejus primogenitus et Gaufridus frater ipsius Hamelini salvo tamen jure suo hoc est quod homines in eadem terra manentes bladum suum quod aut in ipsa terra collegerint aut aliunde attulerint molendino Hamelini molent, et si aliquid de illa multa forisfecerint per servientem Hamelini summoniti in curia ejus emendabunt de pasnagio autem ipsius terre cum acceptum fuerit a servient Hamelini, duas partes illius Hamelinus habebit et monachi terciam in festo mortuorum, pastura vero ejusdem terre et boscum mortuum quod per se ad terram ceciderit hominibus Hamelini communia erit sicut et vicina terra Hamelini in pastura et bosco mortuo hominibus monachorum in illa elemosina manentium similiter communicabitur, exceptis igitur his supradesignatis totam terram de Curvafossa bene et pacifice libere et quiete et sine omni exactione in perpetuum monachi possidebunt. Sciendum autem quod Robertus Gislaut et Ricardus de Poeio quicquid habebant in illa terra monachis Savigneii in capitulo ipsorum libere et absolute dimiserunt et in perpetuum sine ulla retentione quietum clamaverunt. Testibus his Gaufridus de Monte Girulfi

et Hugone fratre ejus, Guillelmo de Esclusa, Guillelmo de Gorran, Roberto de Landevi, Mauricio de Filgerolis, Johanne capellano de Gorram et aliis pluribus.